

*) 51 (*

A P P E N D I X I I .

F O R M A ,

Q V A E L I G E N T E S P E R
S C R V T A T O R E S A D I V R A N T V R .

§ . X X I .

Nos N, N. scrutatores ex potestate nobis per Capitulum concessa adjuramus te per Patrem, Filium & Spiritum S. ut semotis quibuscunque favoribus, odiis & rancoribus, secundum Deum & conscientiam tuam in illum votum tuum dirigas, & illum in Prælatum Ecclesiæ nunc vacantis nomines, quem in spiritualibus & temporalibus reputaveris utiliolem. Tradit hanc formulam *Speculat. tit. de elect. X. c. constitutis 2. X. de Appellation.*

A L I A J V R A N D I F O R M A .

Frater dilectissime, quemadmodum boni operis fructum sibi comparavit is, qui rectum & incorruptum tenet judicium in eligendo aliquem Prælatum vel Pontificem; ita quoque gravi semetipsum afficit damno, qui ad dignitatis summæ collegium promovet indignum, *c. miramur. Dist. 67.* Ideo Deum præ oculis habe, cujus hic causa